



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De Heilardo sacerdote de VVunnisdorp, qui formam humani cruoris vidit in
calice, cap. 18.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

ma argumenta, quòd òmni creaturæ, rationali vt ho-
mini, irrationali vt animalibus, insensibili, aquæ sci-
licet, terræ, aère, & igni manifestata sit virtus huius di-
uini sacramenti. APOLLONIVS: Satis mihi probatum
est, quòd sub specie panis sit verù corpus Christi, nunc
autem verum eius sanguinem esse sub specie vini, si-
milibus mihi exemplis ostendas. CÆSARIVS: Noue-
ris consimiles causas esse subsequentiũ visionum,
quas & præcedentiũ: quibusdam, vt iustis, forma sa-
guinis ostenditur, ad deuotionis suæ remunera-
tionem: de sacramento dubitantibus ad confortatione;
malè viuentibus, ad correptionem. Ecce exempla.

CAPVT XVII.

*Sub spe-
cie vini
esse verũ
sanguinẽ
miraculis
ostenditur* **B**ONÆ memoriæ Daniel Abbas Sconauia, quã-
doque Prior noster, cùm in die quadam mis-
sam celebraret, formam humani sanguinis in
calice vidit: & quia tunc temporis non fuit sibi con-
sciũs alicuius mortalis peccati, eandem visionem ne-
quaquam sibi ad iudicium, sed ad consolationem cõ-
cessam sperauit. Huius visionis testis est Bernardus
monachus noster, aliquando concanonicus eius in
ecclesia maiori Colonia. Comparetur igitur visio
hęc visioni Godeschalci, qui Dominum vidit sub spe-
cie panis in forma infantis, sicut dictum est ca. 2. Por-
rò quòd aliquando forma sanguinis quibusdam de
sacramento dubitantibus ostendatur ad confortatio-
nem, sermo sequens declarat.

CAPVT XVIII.

HEylardus sacerdos de Vuninsdorp, cùm die qua-
dam in ecclesia dictæ villæ missam diceret,
& de sacramento ex immisione diaboli peri-
culosè dubitaret, quando ventum est ad orationem
dominicam, vbi calix discoopertus deponi solet,
humani cruoris speciem in illo vidit, & expauit: ac
si ei diceret Dominus; Si non credis sacramenti veri-
tatem, discas experimento: & cùm fides via sit ad spe-
cie, species hęc sanguinea te reducat ad fidẽ. Durauit
autẽ forma illa vsq; ad sũptionẽ. Interfuit eidẽ millẽ
Hyde.

Hyldeboldus Comes de Limberg, vir fide & opere parum catholicus. Heylardus verò sibi rimens, magistro Ioanni Decano Aquensi visionem retulit, à quo illam ego didici. Quòd autè huiusmodi visiones quòdoque fiant, non solum ex culpa sacerdotis, verù etià ex perfidia circumstantium, subsequens probat exemplum.

CAPVT XIX

Retulit mihi iam dictus magister Ioannes alià de sanguine Domini visionem satis terribilem. Cùm in ecclesia sancte Walburgis in*Hildesheim, vnde ipse oriundus est, sacerdos missà celebraret nomine Albertus, cuius quidam post tergum eius stans, cùm ea quæ ibi tractabantur minùs crederet, liquorem ita in calice exundare vidit, vt ad instar ollæ feruentis supereffluens, totam altaris superficie operiret. Qua visione satis est territus, & spero quòd per illam ad fidem sacramenti sit reductus; habebat autem liquor exuberans formam sanguinis humani, ac si ei voce Christi diceretur: Ego in ara crucis propter te sicut aqua effusus sum, & tu de medicina tua dubitas?

*al. Hildesheim.
deschē.

[Psal. 2 B.]

CAPVT XX.

Ioannes pastor de Risen, frater carnalis monachi nostri Bernardi, missam quadam die celebrauit, & ministrauit ei scholaris quidam adultus, nomine Hartwicus: qui cùm post perceptionem corporis & sanguinis Christi vinum calici infunderet, visibilis cruoris formam in eo vidit, sacerdos verò videre non potuit, & ideo fortè, quia ipse in culpa non fuit. Idem adolescens, clericatum deserens, factus est miles, & vsque hodie se Christi sanguinem fundere ostendit, quia multos deprædatur & affligit. Referam tibi aliam visionem, de qua mihi non constat vtrum propter sacerdotis aliquod meritum, siue culpam, vel circumstantium ostensa est.

CAPVT